



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Contritio prouenit ex quinq[ue]

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

tum pro cantu habet, in quo commen-  
 datur luctus pro peccatis, tam pro-  
 priis quam alienis, qui mutabitur in  
 gaudium. Matth. Beati qui lugent,  
 quoniam ipsi consolabuntur. Sexta,  
 quia residet super aquas, ut umbra  
 uisa, fugiat accipitrem, in quo com-  
 mendatur studium, siue meditatio  
 scripturarum. Vnde in canticis canti-  
 corum dicitur. Oculi eius sicut col-  
 umbæ super riuulos aquarum. Et in  
 Prouerbis. Fili mi ne obliuiscaris le-  
 gis mee. Septima est, quia gregatim  
 uolat, in quo commendatur unitas.  
 De hoc require in capitulo de unita-  
 te. Octaua est, quia pauperi nido con-  
 tenta, in quo commendatur pauper-  
 tas, & damnatur superfluitas. Vnde  
 Paulus dicebat. Habentes alimenta,  
 & quibus tegamur, his contenti si-  
 mus. Salomon quoque domino loque-  
 batur. Diuitias, & paupertates ne de-  
 sideris mihi sed tantum uictui meo præ-  
 be necessaria.

Mat. 5.

Cant. 5.

Pro. 3.]

1. Ti. 6.

Pro. 30.

*Contritio prouenit ex quinque.*

**P**rimo, ex recordatione pecca-  
 ti. Secundo ex timore iudicij,  
 & pœnarum inferni. Tertio ex  
 recordatione mortis. Quarto ex lon-

CHRISTIANA  
gñiquitate peregrinationis. Quinto  
ex desiderio supernæ patriæ.

*Discretionis incitamenta  
sunt tria.*

**P**rimum est, nobilitas personæ  
cui seruitur. Psal. Honor regi  
iudicium diligit, scilicet, discre-  
tionis. Et Ambrosius. Prudenter enim  
Deus seruii uult, non nimietate de-  
biles fiant, & postea medicorum sus-  
fragia requirant. Temperandum est,  
ut si fieri potest, ceptum obsequium  
gradatim prouehatur potius quam  
per inconsiderationem minuatur. Se-  
cundum, quia diabolus pugnat con-  
tra nos sapientia, & altutia potius  
quàm uiribus. & ideo nos contra  
sapientia pugnare oportet, non uir-  
ibus, quia uires non sufficiunt resiste-  
re sapientiæ. Vnde Sap. Melior est  
sapientia, quàm uires, uirque prudens  
quàm fortis. Et hoc est, quod in li-  
ge ueteri non offerebatur animal ca-  
cum, & in omni sacrificio ponebatur  
sal. Tertium est, mala quæ ex indis-  
creto feruore proueniunt, quæ Be-  
tus Bernardus ponit dicens. quod  
indiscretionis uitio ieiunia & me-  
lias sic agit ut deficiente spiritu  
languente